Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36452
Copyright: Melk, Benediktinerstift

toribus multis. in pace digne sunt tumu
lata. Ilico multitudo languentium cecorum
claudorum. auditis atque visis plurimis
signis que omnipotentis dei misericordia pro illorum fe
cerat merita. a finitimis locis ad illos
defluere facto agmine cepit. Quicumque
autem aliqua infirmitate vel mesticia
detenti suppliciter veniebant incolumes
et alacres eorum precibus meritis in propria re
dibant. Unde accidit quod divina inspi
rante gratia non solum ab omni nonantu
lensium populo. verum etiam a longinquo peteba
tur. optabatur. deprecabatur. ut prefatorum martirum
corpora per urbes atque castella. aliqua peste
detenta. veneratione deportarentur sanctissima
ut eorum patrocinia salvarentur ab omni
clade et miseria. Quorum votibus atque preci
bus ordinante dei potentia. pater monaste
rii una cum omni fratrum congregatione
pietate solita annuit. Unde factum est
ut tortinensium populus. repentina morte
percussus. orationibus et ieiuniis intentus
hoc quoque auditu bene confisus. pro istorum
sanctorum misericordia. ad nonantulanum oppidum ve
nire studuit. consilium auxilium. misericordiam
postulans. ut martirum corpora pro eorum miseri
a suam deportarentur ad patriam. Facto
igitur triduano ieiunio. cum omni orationis
instancia xii electis venerabilibus fratribus
vita et moribus deo dignis. simul cum
infinita multitudine populorum nonantu
lensium atque mutinensium. cantanti
bus et psallentibus cum magno vener
ationis studio corpora sanctorum plurimis
sequentibus deferre ceperunt. Quorum
adventum omnes urbes videlicet regi
um parma. placentia atque oppida.
audientes tam viri quam femine ob
viam illis benedicentes et laudantes
deum. currere festinabant. et cum illis
digna veneratione urbem papiam adi
bant. A qua quanto gaudio quantisque laudi
bus atque decoribus fuerint suscepta. nullius
valet promere lingua. Aderat autem
ibi adelheida regina gloriosissima. que
eos multis honoribus suisque donis ditavit.
Ex quibus duo coopertoria. unum auro inter
textum. alterum vero mirifice opertum. us
que hodie in sancti silvestri cenobio manent
in testimonium. Urbe vero papia a pre
dicta mortis clade eorum precibus patrociniis li
berata. eademque regina nobilissima ad
honorandum et venerandum illos admodum
confortata. multis acceptis donis. mul
tisque similiter sequentibus ad propria sunt
relata. Alio quoque tempore sicut nar
rantibus fratribus qui aderant didici quen
dam presbyterum teuthonem nomine. nonantulanus
genere inmani cruciabatur infirmitate.
Erat enim eius guttur ultra modum tu
midum. lingua quoque eius fere tribus
digitis pendere extra labia videbatur.
nec comedere nec bibere neque os valebat
miser claudere. Die itaque sollempni istorum
beatorum martirum prout potuit ad ecclesiam ubi
eorum sanctissima venerantur corpora. a suis de
ductus est. Quam dum ingressus fuis
set. et ad eorum sarcofagum appropiasset. prostra
tus intima gemens et dolens. lacrimas
que fundens. suppliciter divinam orabat mi
sericordiam. Facto autem matutinali of
ficio. duobusque fratribus benedicamus domino
cantantibus. sanus ille et alacer factus
divinoque numine adiutus citius dicto
surrexit. et alta voce audientibus cunctis
deo gratias respondit. Sic itaque dum vixit.
deo et his sanctis fidelius servire studuit.
Aliud quoque miraculum ut quidam
qui interfuit venerabilis monachus
augustinus nomine nobis narravit. pro eorum